1. VTRVM aliqui hominum in Romano-Germanico Imperio cum suis bonis cuiuscunq; cõditionis aut dignitatis von den Reichs Anlagen vnd Verpflegungen der Römischer Reichs: contra Imperij hostes, pro fide, patria & libertate streitender Saldatescæ in hoc rerum statu, vbi omnia periclitantur & agonizantur exempt, befreyet/oder entschüldiget sein kön.

2. Ob nicht die Kayserliche Kriegs Einquatierung: vnd Verpflegungen ex summa necessitate superuenienti loco collectarum imperialium beschehen.

3. Ob der Röm: Kayser oder ein Reichs Fürst quampiam aliam publicam aut priuatam personam in præiudicium tertij von obigen verpflegungen vnd Reichs anlagen eximieren oder befreyen mög.

4. Ob dan nicht die Ritterschafft vnd andere prætendierte freyen deß Fürstenthumbs Gülich von allen jhren Güteren gleich andern non attenta exemptione prætensa, die Kayserl. Kriegs Einquartierungen vnd Verpflegungen proportionaliter mit zu leiden vnd zu tragen schüldig seind.

SVMMARIA.

1. *STatus hominum alius est Ecclesiasticus, alius secularis.*
2. *Ecclesiasticorum dignitas varia est.*
3. *Inter sæculares alia est conditio nobilium, alia ignobilium.*
4. *Ecclesiastici regulariter immunes à Collectis esse censentur.*
5. *Ecclesiasticæ personæ iurisdictioni & potestati laicorum non subijciuntur, quod idem est in bonis.*
6. *Immunes pro oneribus bellicis & à bello dependentibus tenentur.*
7. *Clerici cum laicis contribuere tenentur, vbi agitur de mixta vtilitate clericorum & laicorum.*
8. *Immunitas generalis concessa clericis, onera insolita non comprehendit.*
9. *Hisce præsentibus casibus, inconsulto Pontifice Ecclesiastici de omnibus bonis collectari possunt.*
10. *Immunitas tanquam odiosa & exorbitans à regulis iuris strictè intelligenda.*
11. *In exorbitantibus & extraordinarijs ordinem non seruare, ordo est.*
12. *Ex duobus malis minus eligendum est.*

13. *Clerici tanquam suspecti remoueri possunt vbicumque ad contributionem onerum faciendam se intromittere vellent.*
14. *Principes sæculares possunt Ecclesiasticos ad solutionem onerum compellere caussatiue, licet non præcise, multo igitur magis Imperator.*
15. *Per indirecta multa fieri conceduntur, quæ directo prohibentur.*
16. *Consuetudo, dato quod iniqua sit, iuncta tamen cum tolerantia & patientia superioris sustinetur.*
17. *In altero membro diuisionis valet argumentum à maiore ad minus.*
18. *Nobiles ex iure ciuili à Collectis exempti non sunt.*
19. *In aliquibus locis tantummodo ex priuilegio & consuetudine immunes sunt.*
20. *Nobiles si nobiliter & non sordide viuunt, gaudent in ordinarijs oneribus priuilegio.*
21. *Immunitas nobilium à Collectis quomodo restringitur & cessat tempore expeditionis bellicæ.*
22. *Nec Ecclesiasticus, nec sæcularis, vel legis vel honoris ratione immunis existit, & princeps de proprio Marsupio sumptus bellicos primo expendere debet, & deinde auxilium aliorum statuum & subditorum implorare potest, ampliatur 23. & 24.*
25. *Collectarum diuisio alia est prouincialis, alia imperialis, 26. nec priuilegiatus in prouincialibus, nec in imperialibus tempore belli immunis est.*
27. *Quilibet hominum propter Turcica & imperialia bella, & si priuilegiatus sit, collectandus est, & illa sententia est communis.*
29. *Vtilitas publica suadet subuectionem sine periculo celebrare.*
30. *Moderna necessitas Imp. Romano-Germanici magna est & exuperat Turcicam.*
31. & 32. *Per rationes adducitur & concluditur quod nullus in Imperio qualiscumque sit, à modernis collectis se excusare possit.*

Quæstio Prima.

DEo ter. Opt. Max. Authore hic ponitur: Primo, quod diuisiones personarum variæ sint: præ cæteris alia Ecclesiastica: alia sæcularis DD *in can. canones dist.* 15. Andr. Valen: *in paratit. lib. 2. tit. 1. n.* 3. Ecclesiastica dignitas alia per-
1. 2. narum maiorum & præeminentium est, vtpote Pontificis, Archiepiscopi, Episcopi, Abbatis, Præpositi. Alia minorũ, Pastoris, Monachi &c. d. Andr. Valen: *lib. 3. tit. 5. per totum.* Sæcularis autem hominum conditio cõstituitur natu-
3. ra, vel lege: natura per cognationem, quæ est ex sanguine & iustis nuptijs. Lege quæ per adoptione contingit. Alia etiam plebeia aut ignobilis, hæc est quæ inferiorẽ in republ. gradum obtinet. Alia nobilis est, quæ certis gradibus distinguitur, est enim vel Imperatorũ, vel Regũ, vel Ducum, vel Comitũ, vel Baronum, vel denique nobilium patriciorum, Georg. Schonbor. *Politicor. li. 4. c. 10.*

Con-